

Alte Drucke

**SVMMA || DOCTRINAE || CHRISTIANAE || In vsum
Christianæ pueritiæ per || qu[a]estiones recens
conscripta, || & nunc denuò ædita. || lussu & ...**

Bogaert, Jean

Lovanii, 1561

EDICTVM REGIS Ferdinandi.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150305

EDICTVM REGIS Ferdinandi.

FERDINANDVS DIVI-
na fauente clementia Rom. Rex
semper Augustus, ac Germaniæ,
Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,
Croatie, Sclauoniae, etc. Rex, Infans His-
paniarum, Archidux Austriæ, Dux Bur-
gundiæ, etc. Marchio Morauiae, etc. Co-
mes Tyrolis, etc. Vniuersis & singulis fi-
delibus nostris, tam Ecclesiasticis quam
Secularibus, Prælatis, Comitibus, Baro-
nibus, Dominis, Militibus, Clientibus,
Capitaneis, Marschalcis, Prouinciarum,
Præfibus, Vicedominis, Præfectis, Burg-
graviis, Officialibus, Iudicibus, Burgi-
magistris, Consulibus, & Communi-
tatis, omnibusque aliis & singulis
subditis & fidelibus nostris inferiorum
Prouinciarum nostrarum Austriacarum
& Comitatus nostri Goritiæ Principa-
lis, cuiuscunque gradus, status, ordinis,
cōditionis & dignitatis extiterint, Gra-
tiam nostram Regiam & omne bo-
num. Magno cum animi nostri mo-
rore perpendimus & videmus, quibus
hodie, quantisque motibus & periculis
orbis Christianus yndique concurtiatur.

A ii Poti-

EDICTVM

Potissimum vero miserandus ille status
neglectæ, adeoque contemptæ passim
Religionis sæpe multumque nos & pios
omnes discruciat: Qua quidé Religione
vt nihil est sanctius in terris, ita præcla-
rius ac firmius Reipub. ornamentum ac
robur esse nullum potest. Atque idcirco
malarum artium nefarius artifex, sanctæ
Ecclesiae, bonorumque omnium hostis
atrocissimus Sathan, quantum humano
generi præsidii in vera Religione posi-
tum sit, minimè ignarus, annis abhinc
multis causam Religionis passim oppu-
gnat ac perturbat, ita vt maioribus viri-
bus & copiis, frequentiorib[us]que dolis
& fraudibus, vno eodemque tempore
ipsam antea nunquam oppugnasse vide-
atur. Nec definit adhuc satellites quosdā
& ministros suos, qui editis suis libellis
omnia impietatis studia foueāt, dissemi-
nent ac propagent, subornare: partim vt
qui à Religione orthodoxa semel defec-
cere, in erroribus & sectis, quibus se ad-
dixerunt, confirmentur: partim, vt qui
etiamnum in tutissimis Ecclesiae Dei ca-
stris perdurant, hinc seducti, factionum
discipuli, & Religionis nostræ Catholicæ
desertores fiāt. Inter hos autem libellos,
quorum ingens ybique prouentus est,

non

REGIS FERDINANDI.

non parum virium ad Religione in euer-
tendam habent Catechismi (sic enim ap-
pellant) qui saepe tum breuitatis, tum
verborum elegantiæ, & Methodi specie
commendati, egregiè fallunt, & imperi-
tam illam, nobilèmque iuuentutem, veri-
tatis sinceritatì natam, grauiter vitiant
atque corrumptunt. Dum enim ex isto-
rum libellorum lectione, venenum ipsa
dulcedine blandum, simplicibus & in-
cautis sumendum præbetur, priusquam id
sentiant, eorum animi nouis et pestiferis
opinionibus, quas euellere postea sit dif-
ficillimum, depravantur. Vnde fit, ut eo
doctrinæ fermèto semel infecti, Catho-
licæ fidei & sanctæ matris Ecclesiæ do-
gma & instituta veneranda negligant,
fastidiant, atq; nonnunquam etiam per
contemptum oppugnant. Qua quidè in
re si quid consiliis, monitis, iussis, & E-
dictis publicis, Rege Christiano dignis
profici potuit, Nos profectò cùm ad ista
impietatis studia profliganda, tum ad sa-
crosanctæ Religionis nostræ Catholicæ
iura retinenda, officio nostro minimè
defuimus. Attamen græssatur indies ma-
gis ac magis hæc foeda lues, nouiq; sub-
inde ac nouis illecebris infecti prodeunt
Catechismi; sparguntur, leguntur, pro-

A iii ponun-

ponuntur in scholis, maiore sanè pericu-
lo, quām simplices pueri, & creduli im-
prouidiq; adolescentes, imperitiq; ho-
mines, & pleriq; omnes istiusmodi præ-
ceptores sentire aut iudicare queant.

Quod igitur in graui morbo boni Me-
dici, in exorta tempestate fidi naucleri fa-
ciunt, à nobis alienum nō esse existima-
vimus, vt præsentissima, nobisq; ob oculos
posita atq; prospecta lôgè grauissima
pericula, ratione quadā aut depellamus
omnino, aut saltem, quoad Deus poten-
tem manum suā admouerit mitigemus.

Quamobrē matura super his delibe-
ratione habita, fidelibus nobis subiectis
populis saluberrimum fore duximus, si
in tanta dogmatum & sectarū varietate,
Cathechisticæ doctrinæ librum qui Or-
thodoxus sit, conscribi, simul & fidelibus
nostris populis euulgari, commendariq;
curaremus. Proinde ad huiusmodi Ca-
tholicum opus conscribendum, non du-
biae fidei & doctrinæ viros delegimus,
conscriptumque eorum quos non solum
sacrosanctæ Theologiae scientia, verum
etiam vitæ innocentia et integritate per-
spicuos esse constat, iudicio & censuræ
subiecimus: quid certiores essemus, ne
authoritate nostra in lucem quicquam
prod-

REGIS FERDINANDI.

prodiret, quod euangelicæ doctrinæ & sanctæ Catholicae Ecclesiæ, vlo modo aduersaretur.

Cum igitur Dei Opt. Max. gratia iam cōmemoratus liber ita conscriptus, magnoque Theologorum Catholicorū consensu approbatus fit, Mandamus vobis prædictis omnibus & singulis, præcipue verò iis, qui nostro nomini & loco, iuris & iustitiæ administrationem in Prouinciis nostris Austriae inferioris & Goritiæ Comitatu exercent, ac in magistratu constituti sunt, ut hūc Catechisnum solum, nullumq; aliud per ludimagistros, Præceptores, ac Pædagogos pueris in scholis publicè aut priuatim proponi, prælegi, ediscendumq; tradi magnopere curetis, atq; omnino efficiatis: quatenus cum vos, tum ipsi grauissimam indignationem nostrā, aliasq; poenas delinquentibus, et huius Edicti nostri contemptoribus pro arbitrio nostro irrogandas volueritis euitare. Hæc enim est expressa mens & voluntas nostra. Datum in Civitate nostra Vienna, die X I I I I. mensis Augusti. Anno Domini M. D.

L I I I I. Regnorum nostrorum

Romani X X I I I I. alio-
rum verò XXVIII.

A iiiii

Ad